

ante sensorium. Cum igitur res à tergo sita non sint collocatae ante sensorium visus, nempe oculos videntis: non possunt illae videri. 2. quia radii visui à visibili emissi non possunt transire ad sensorium visus, quando illud à tergo est situm. Impossibile autem est fieri visionem, si radii visui à visibili non transeant ad sensorium, in eoque recipiantur.



OPTICÆ LIBER SECUNDVS,

CAPVT. I.

De Visu simplici.

THEOREMATA.

1. **T**antum de generali parte Optica. Sequitur specialis, qua modum bene videndi in specie explicat.
2. In ea occurrit distributio visus partim in absolutum & comparatum: partim in simplicem & compositum: partim in verum & falsum. Visus tripliciter distribuitur.
3. Visus absolutus est, quo aliquid bene, vel male, hoc est perfecte, vel imperfecte extra comparationem videtur.
4. Visus comparatus est, quod aliquid melius, vel peius, hoc est, perfectius, vel imperfectius videtur. De visu simplici.

F 5 Visus